

# Gospel for the Twenty-First Sunday After Pentecost

Tonus antíquior

**D** Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

**I** -n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is parábolam hanc: Assimi-

látum est regnum cælórūm hómini regi, qui volú-it ra-ti-ónem pónere




cum servis su-is. Et cum coepísset ra-ti-ónem pónere, oblátus est e-i u-




nus, qui debébat e-i decem mí-li-a ta-lénta. Cum autem non habéret unde

rédderet, jussit e-um dóminus ejus venúmdari, et uxórem ejus, et fí-li-os,

et ómnia quæ habébat, et redi. Prócidens autem servus ille, orábat e-

um, dicens: Pa-ti-énti-am habe in me, et ómni-a reddam ti-bi. Misértus


 autem dómínus servi illí-us, dimí-sit e-um, et débitum dimí-sit e- i.  
  

 Egréssus autem servus ille, invénit unum de consérvis su-is, qui debébat  
  

 e-i centum denári-os: et tenens suffocábát e-um, dicens: Redde quod  
  

 debes. Et prócidens consérvus ejus, rogábát e-um, dicens: Pa-ti-énti-am  
  

 habe in me, et ómni-a reddam ti-bi. Ille autem nóluit: sed ábi-it, et  
  

 mi-sit e-um in cárcerem donec rédderet débitum. Vidéntes autem consér-  
  

 vi ejus quæ fi-ébant, contrastá-ti sunt valde: et venérunt, et narravérunt  
  

 dómino su-o ómni-a, quæ facta fú-erant. Tunc vocávit illum dómí-nus  
  

 su-us et a-it illi: Serve nequam, omne débitum dimí-si tibi, quóni-am ro-

gásti me: nonne ergo opórtu-it et te miseréri consérvi tu-i, sicut et ego  
tu-i misértus sum? Et irátus dóminus ejus, trádidit e-um tortóribus, quo-  
adúsque rédderet univérsum débitum. Sic et Pater me-us cælestis fáci-et  
vobis, si non remiséri-tis unusquísque fratri su-o de córdibus vestris.